UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlfi Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

LVIII. Obnoxiatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

Visual Library

ſicut dixi, ſub integra & legitima ingenuitate debeat permanere ingenus atq; ſecurus, & ſemper ad ciuitate pertineat Romanam: Teſtamentum etiam faciendi liberam in omnibus habeat poteſtatem.

LVII. *TRADITORIA.*

NOtitia traditionalis, qualiter & quibus præſentibus venit homo aliquis nomine ille, ad illum manſum, quem ante hos dies per chartulam venditionis ad filium ſuum adfirmauit, per herbam & terram viſus fuit tradidiſſe, vel conſignaſſe, & exitum inde feciſſe. His præſentibus.

LVIII. *OBNOXIATIO.*

DOmino meo ſemper, ego enim ille. Dum non eſt incognitum, qualiter inſtigante parte aduerſa, mihi contigit, quod ego

caballum ad hominem aliquem nomine illum ſubduxi, vnde & pro furto victus apparui, & vitæ periculum exinde incurrere potueram, & ego non habeo vnde ipſum facinus, vel furtum emendare, vel ſatisfacere debeam, propterea expetij vos, & habuit pietas & dignatio veſtra, &c. *plura in MS. non erant.*

T